



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

275. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

lit, legibus componat, & insuper bannum nostrum persolvat. Postmodum verò ante nos à Comite adducatur, ut in bastiniaco retrusus usque dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum canonum sanctiones. Si verò occultè, sacerdotum consilio exinde agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut Apostolus ait, nisi inde veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerint, graviùs inde judicentur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui exinde aliquid tulerit. Extorres namque à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ atque firmiter denotandæ. [*Pars ultima istius capituli diversa est ab editione quæ extat in libris Capitularium. Sed convenit cum ea quam exhibent Capitula Karoli Calvi.*]

Tit. 20. pag. 158. & Tit. 27. pag. 249.

De eadem re. *Ex Pœnitentiâli.*

CCLXXV. Si aliquis de ministerio Ecclesiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, septem annos pœniteat.

Bur. hard. lib. 11. c. 65.

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi.*

CCLXXVI. Sæpe contingit ut in monasteriis furta perpetrentur. Idcirco statuimus ut quando ipsi fratres de talibus se purgare debent, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus. Et sic, expleta Missa, omnes communicent in hæc verba:

Concil. Vvormac. c. 15. Burchard. lib. 11. c. 66.